



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De Baptismi sacramento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

ALENTIN. ET VALENS IMP. IN L.

culpa. C. de malefic. & mathemat. &c.

Culpa similis est tam p̄hibita discere, quam  
docere, &c.

Sequitur de quibusdam Ecclesie Sacramentis, ex  
trimum de Baptismo.

## DE BAPTISMI SACRAMENTO.

**A**dultiores ad sacrum Baptisma, nisi prius toto  
biennio in fide catholica eruditii fuerint, admit-  
ti non debere. Præterea quod parulos seu infantes  
baptizari in veteri Ecclesia fuerit consuetudo ab ipsis  
Apostolis apostolicisq; viris introducta, ex sequenti. Iux. l. 1. C. ne  
bus iustitiam legibus et cōstitutionibus manifestum sanct. baptis.  
et quibus vel Anabaptistarū nostri temporis vespa-  
tu reprobandi, et ex Ecclesia Dei explodi queat.

IVSTINIAN. IMP. IN L. FI. (C. QVAE  
alias in lib. prætermis. Cod. est) C. de Pagan.

& sacrifice. & templ. &c.

GRaci, seu Pagani, qui parutili, & puerilis et-  
tatis sunt, citra dilationem baptizetur: qui  
vero adoleuerint, non ante baptizentur, quam  
scripturas & sacrosan. canones edociti fierint:

IVSTIN. IMP. IN AVTH. DE SAMA-  
ritan. s. perpulchrum. Coll. 10.

PERPULCHRUM nobis videtur, ut ad inconta-  
minatum accurrentes Baptisma, non teme-  
re suscipiantur, sed cum quadam obseruatio-  
ne, & instructione, quæ initiationis tempore  
sunt solet. Dicimus autem, ut qui omnino sensu  
Gg aliquo debere.

Paganorum  
infantes bap-  
tisari debere.

Lex ista quo-  
que habetur  
apud Phortū  
in Nomoca-  
none. tit. 4. c. 4.  
4. & tit. 1. 2.  
cap. 9.

Hec Cōstant.  
alias numero  
144. est.

aliquo bonæ doctrinæ tangi possunt, perde  
primitùm annos in fide instituantur, & pro  
ribus scripturas ediscant: tuncque deman  
cræ redēptionis offerantur baptismati,  
longi temporis pœnitētia prorsus redēpo  
nis fructum assecuti. Puerōs autē admodū  
ant, baptizari qui per ætatem doctrinas intelligere neque  
tamē debere. etiam absque hac obseruatione facta dign  
Baptismate admittimus.

## SEMEL BAPTIZ.

**TVM REBAPTIZARI NE  
fandum sacrilegum esse.**

**I**mpium & abominabilem Anabaptistarum  
rem atq. doctrinam esse, ipsa statim inscripsit  
**Codicis Iustinianæ docet, quæ sic habet. NE**

**CTVM BAPTISMA ITERETVR,**  
morem doctrinamue sacratissimi & Christiani  
imperatores planè execrantur hīse, quæ sequen  
legibus.

**VALENTIN. VALENS ET GRATIA**

Imp. in l. 1. C. ne sanct. baptism. iterent.  
Neminē reba  
ptizandum.

**A**ntistitem, qui sanctitatem baptismi  
licita usurpatione geminauerit, sacra  
indignum esse censemus. Eorum enim  
demnamus errorem, qui Apostolorum pun  
pta calcantes, Christiani nominis Sacram  
ta sortitos, alio rursus baptismate non pur  
cant, sed incestant, lauacri nomine pollu  
tes.

HONORIV



## HONORIVS ET THEODOSIUS

Impp. in l. 2. C. eod. tit.

Si quis rebaptizare quempiam de ministris Rebaptizatio  
Catholicæ sectæ fuerit detectus, vnâ cum eō, poena capitali  
qui piacularē crimen cōmisit (si tamen crimi- prohibetur.  
nis per statum capax sit) & hic, cui persuasum  
sit, ultimum supplicio percellatur.

## THEODOSIVS ET VALENTINIAN.

Impp. in l. f. C. dict. tit.

N<sup>o</sup>lli hæreticorum danda licentia est, vel in-  
genuos, vel seruos proprios, qui orthodo-  
xorum sunt initiati mysteriis, ad suum rursus Hæreticis ne  
baptisma deducendi, nec non illos, quos eme- liceat quen-  
nit, vel qualitercunq; habuerint, nec dum suæ quam rebap-  
superstitioni coniunctos, prohibendi Catho- tizare.  
licæ sequi religionem Ecclesie. Quod qui fece-  
rit, vel cùm sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel  
factum non detulerit; exilio ac decem libra-  
rum auri multa damnabitur: testamenti et do-  
nationis faciendæ vtrisq; denegandi licentia.  
Quia omnia ita custodii decernimus, ut nulli  
iudicium liceat delatum ad se crimen minori,  
aut nulli coercitioni mandare: nisi ipse idem  
pati velit, quod aliis dissimulando cōcesserit.

Pœna iterati  
baptismi.

## IVSTINIAN. IN l. I. C. DE OFF.

præfct. præt. Africæ circa princ.

Vandali in Africa saevientes, animarū fue- Vandali ana-  
runt simul hostes & corporum: nam ani- baptistæ.  
mas quidem diuersa tormenta atque suppli- De hoc Van-  
cia non ferentes, rebaptizando ad tuam per- dalorū furore  
fidiam transferebant: corpora verò liberis na- videre Nice-  
tibus clara, iugo Barbarico durissimè subiu- phorū lib. 17.  
cap. 11 cum  
seq. & glo. 11  
proem. Iust. §.  
quorum sup.  
ver. & belli-  
ces, et sup ver.  
prouincia.

Gg 2 NE VLLO



**NE UULLO MODO DE**  
**PROFANETVR SACRVM BA**  
*ptisma, def Profanatorum pava,*

THEODOSIVS, VALENTINIANVS,  
 Arcad. Impp. in I. Hi qui sanctam. C. de Apollia

Poena profa-  
nati baptis-  
mi.

Poena qua sit  
maxima.

Lapsis & er-  
rantibus, non  
obstinatis sub  
uenitur.

Poena profa-  
nati baptis-  
mi.

Q Vi sanctum baptismus heretica superflui  
 ne profanarunt, à consortio omnium  
 segregati sint, à testimoniosis alieni, testam-  
 entibus non habeant factionem, nulli in hereditate  
 cedant, à nemine scribantur hæredes. Quo-  
 tiā præciperemus procul abiici, ac longe  
 amandati, nisi paucæ visum fuisset manu  
 versari inter homines, & hominum con-  
 suffragiis. Sed nec unquam in statum pa-  
 num reuertantur, nec flagitium horum obli-  
 rabitur poenitentia, neq; umbra aliqua excep-  
 te defensionis aut mutiminis obducetur  
 niam quidem eos, qui fidem, quam Deo de-  
 cauerant, polluerunt, & prodentes divini  
 mysterium in profana migrauerunt: tamen  
 qua sunt commenticia & concinnata no-  
 sunt. Lapsis etenim & errantibus subueni-  
 perditis verò, hoc est, sanctum baptismus pro-  
 fanantibus, nullo remedio poenitentia (quia  
 solet aliis criminibus adesse) succurrunt.

CONSTANT. HARMENOPVL. IVDEI  
 Constantinopolitan. lib. 5. tit. 8.

Q Vi sacrum lauacrum pdit ac profanat  
 dicendi testimonij, nec testadi, nec ob-  
 quam succedendi ius habeo: ceterum si ab  
 testato propinquus Christiani succedant.

DE SA.

